

**Conradi Oigenii J. C. Dissertatio De Primariis Precibus  
Imperialibus**

**Corradini, Pietro Marcellino**

**Friburgi Brisgoiae, 1707**

LXXII. Leopoldus I. indultum minime neglexit, & Precibus parce usus est.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63022](#)

no Imperadore a favore del Sig. suo Figlio per le prime Preci della Chiesa di Salisburg, non ostante, che la Maestà Sua non abbia prestato a Nostro Signore l'ubbidienza solenne. Parendomi difficile, che in tal proposito si possano trovare simili esempj, studierò di farne svanire con destrezza la pretensione, e di rendere capace il medesimo Sig. Conte della ragione &c.

Hoc modo res infecta mansit; quam- LX XII.  
obrem immaniter errant, qui putant Leopoldus I.  
Leopoldum Cæsarem indultum prima- indultum mi-  
rum Precum studio neglexisse, cum pa- nimè negle-  
teat ex prædictis expetitum impetrare non bus parce  
potuisse, propterea quod non præmise- usus est.  
rat solemnia juxta morem antecessorum;  
neque se in actu obedientiæ præstandæ  
Romanæ Ecclesiæ, Catholicorum Cæsa-  
rum & Regum Matris Advocatum de-  
voicerat: ob quam rem Romani Ponti-  
fices id indultum Imperatoribus Romanis  
donare consueverant. Agnovit itaque  
Cæsar, ejusque principalis Minister, sine  
Apostolico indulto Imperiales Preces va-  
cias reddituras. Et quidem scimus, &  
palam est, quod affirmamus in universa  
Germania, eum Augustissimum Impera-  
torem se abstinuisse ab hisce Precibus por-  
rigendis pluribus, atque pluribus Ordini-  
nariis. Colonia Agrippinæ præter Me-

166 *De primariis Precibus Imperialibus*  
tropolitanæ Ecclesiæ Illustrissimum Ca-  
pitulum plura sunt insignium Collegiata-  
rum Capitula , ad quæ nullas à Leopol-  
do Preces primarias pervenisse constat.  
De aliis plurimis non loquimur , cùm  
satis manifestum sit parce nimis Leopol-  
dum Precibus usum , quod is optime  
sciret sine indulto Apostolico Germanos  
Antistites , & inclyta Capitula non ita  
facile suis Precibus obsecutura. Immò  
compertum est plures , atque plures Imperiales  
Leopoldi Preces vacuas ad eundem  
rediisse. Quamobrem hanc qua-  
stionem definire exemplo Augustissimi  
Leopoldi , contra tot rationes hactenus  
relatas , evincente , Imperatores sine Di-  
plomate Apostolico hanc potestatem mi-  
nime habere , & talibus precibus paren-  
tes , & Precistas in pœnas inflictas in Sy-  
nodo vii. œcumenica incidere , postha-  
bitis etiam tot exemplis tantorum Imper-  
atorum jam adductis , qui spatio duo-  
rum & amplius sæculorum putarunt , &  
fassi sunt , hasce Preces ab indulto Apo-  
stolico pendere ; non pertinet ad justum  
rerum æstimatorum ; sed ad eos , qui ve-  
ritate postposita , inanibus nugis gravis-  
simam rem absolvere sibi fas esse arbi-  
trantur.

LXXIII.  
Scriptores

Superest nunc , ut errorem tollamus ,